



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

15 Vtrum habere plures præbendas sine cura animarum absque
dispensatione sit peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

quia est in augmento corporali ipsa essentia quantitas non tollitur, cum semper maneat dimensio interminata, sed secundum diversas terminationes quas recipit, fit mutatio de parvo in magnum, quae est augmentum, ita etiam ipsa virtus charitatis non tollitur per essentiam suam, sed variatur terminatio eius. Omnis autem forma recepta in aliquo subiecto terminationem recipit secundum capacitatem recipientis; unde quando subiectum charitatis magis disponitur ad charitatem, scilicet ad congregationem suam ad Deum, tanto maiorem participat charitatem, & sic charitas secundum suam essentiam augeri dicitur.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QV AESTIO VII.

DE INDE quaeritur de his quae pertinent ad culpam.

¶ Et quaeruntur duo.

¶ Primo, Vtrum Petrus negando Christum peccauit mortaliter.

¶ Secundo, Vtrum habere plures praebendas sine cura animarum absque dispensatione, sit peccatum mortale.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum Petrus negando Christum peccauit mortaliter.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur, quod Petrus negando Christum non peccauit mortaliter. Dicit enim quaedam glossa quod peccauit per surreptionem, sed peccatum per surreptionem est veniale, & non mortale, unde primi motus qui per surreptionem fit, sunt peccata venialia, ergo peccauit tantum venialiter.

¶ 2^o Praet. Bernardus dicit in libro de dilectione domini, quod in Petro charitas fuit sopita, non extincta: sed per peccatum mortale charitas extinguitur, ergo Petrus non peccauit mortaliter.

SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in mora, quod Petrus ab ipsis faucibus diaboli eripitur: sed in faucibus diaboli non est aliquis nisi per peccatum mortale, ergo Petrus peccauit mortaliter.

RESPON. Dicendum, quod absque dubio Petrus peccauit mortaliter negando Christum, quod quidem patet ex duobus. Primo, quia negauit fidem in loco ubi periclitabatur, & eius confessio requirebatur. Ore enim confessio fit ad salutem, ut dicitur ad Romanos 10. in quo uidetur quod sit de necessitate salutis confessio fidei in casu praedicto, & sic praecipue mendacium in his quae fidei sunt, est peccatum mortale, secundum Augustinum in libro de mendacio. Secundo, quia defectus confessionis & mendacio addidit periurium & blasphemiam, quia ut dicitur Matthei 16. Coepit detestari & iurare, quia non nouisset hominem, quae constat esse grauius peccata. Unde glossa dicit ibidem. Tertio cepit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem, quia perseuerare in peccato dat in incrementum scelerum, & qui minima spernit, cadit in maiora.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod surreptio dupliciter accipitur. Vno modo, secundum quod opponitur deliberationi, & sic primi motus dicitur esse surreptitius, & sic Petrus ex surreptione non peccauit. Alio modo, secundum quod opponitur electioni, & sic Petrus ex surreptione peccauit, quia non peccauit

A ex electione quasi ex certa malitia, sed ex passione timoris: talis autem surreptio non excusat a mortali, sicut patet in incontinente, qui fornicatur motus concupiscentia, cum tamen haberet propositum continendi.

AD II. dicendum, quod Bernardus improprie loquitur & eius uerbum ut uerificetur, est intelligendum de quadam dilectione familiaritatis, quam Petrus ad Christum conceperat, quae in eo mansit etiam post negationem, uel si intelligatur de charitate gratuita, intelligendum est, quod non fuit extincta secundum praedestinationem diuinam, quae eius potentiam praeparabat, quam uisus in se extincta secundum actum.

ARTICVLVS XV.

Vtrum habere plures praebendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod habere plures praebendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale. Quicumque enim facit contra statutum concilii, peccat mortaliter: sed qui habet plures praebendas facit contra statutum concilii generalis, ergo peccat mortaliter. Probatio media, dist. 7. de in quodam decreto Urbani papae, quod incipit, Sacrorum canonum. Omnino aliquem in duabus ecclesiis titulari non liceat, sed unusquisque in qua titularus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopus dispositione unius diuersis praesens possit ecclesiis, canonicus tamen praebendarius, nisi unius ecclesiae in qua conscribitur, esse non debet.

CONTRA est, quod Gregorius dicit in mora, quod Petrus ab ipsis faucibus diaboli eripitur: sed in faucibus diaboli non est aliquis nisi per peccatum mortale, ergo Petrus peccauit mortaliter.

¶ 2^o Praet. Bernardus dicit in libro de dilectione domini, quod in Petro charitas fuit sopita, non extincta: sed per peccatum mortale charitas extinguitur, ergo Petrus non peccauit mortaliter.

SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in mora, quod Petrus ab ipsis faucibus diaboli eripitur: sed in faucibus diaboli non est aliquis nisi per peccatum mortale, ergo Petrus peccauit mortaliter.

RESPON. Dicendum, quod absque dubio Petrus peccauit mortaliter negando Christum, quod quidem patet ex duobus. Primo, quia negauit fidem in loco ubi periclitabatur, & eius confessio requirebatur. Ore enim confessio fit ad salutem, ut dicitur ad Romanos 10. in quo uidetur quod sit de necessitate salutis confessio fidei in casu praedicto, & sic praecipue mendacium in his quae fidei sunt, est peccatum mortale, secundum Augustinum in libro de mendacio. Secundo, quia defectus confessionis & mendacio addidit periurium & blasphemiam, quia ut dicitur Matthei 16. Coepit detestari & iurare, quia non nouisset hominem, quae constat esse grauius peccata. Unde glossa dicit ibidem. Tertio cepit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem, quia perseuerare in peccato dat in incrementum scelerum, & qui minima spernit, cadit in maiora.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod surreptio dupliciter accipitur. Vno modo, secundum quod opponitur deliberationi, & sic primi motus dicitur esse surreptitius, & sic Petrus ex surreptione non peccauit. Alio modo, secundum quod opponitur electioni, & sic Petrus ex surreptione peccauit, quia non peccauit

SED CONTRA est, quia illud quod uergit in contra periculum, non est ab ecclesia sustinendum: sed ecclesia sustinet ut aliqui contra habeant duas praebendas, ergo in hoc non est periculum peccati mortalis.

¶ 2^o Praet. Licet sit aliquid patrimonium habenti praebendam accipere: sed maior est conuenientia inter ecclesiastica beneficia, quam iter patrimonium & praebendam, ergo etiam licet habenti unam praebendam, accipere aliam.

RESPON. Dicendum, quod omnis questio, in qua de mortali peccato quaeritur, nisi expresse ueritas habeatur,

23. q. 24. ar. 2. ad 3. & sic. q. 2. ad 2.

193. artic. spe. cia.

D. 384.

beat, periculose determinatur: quia error, quo non creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat a toto, licet forte a tanto. Error vero, quo creditur esse mortale, quod non est mortale ex conscientia ligat ad peccatum mortale. Precipue autem periculum est, ubi veritas ambigua est, quod in hac questione accidit. Cum enim hæc questio ad theologos pertineat, in quantum dependet ex iure divino, vel ex iure naturali: & ad iuristas, in quantum dependet ex iure positivo, inveniunt in ea theologus, iurista, & iurista iuristas contrarie sentire. In iure naq. divino non inveniunt determinata expressa, cum in sacra scriptura expressa mentio de ea non fiat, quæ vis ad eam argumenta ex aliquibus auctoritatibus scripturæ forte adduci possint, quæ tamen non lucide veritatem ostendunt. Determinando vero eam secundum ius naturale, sic videtur ad præsens de ea dicendum, quod actionum humanarum multiplex est differentia. Quædam enim sunt, quæ habent de fornicatione inseparabiliter annexam, ut fornicatio, adulterium, & alia huiusmodi, quæ nullo modo bene fieri possunt, de numero talium non est hæc plures præbendas, alias in nullo casu dispensationem recipere possent, quod nullus dicit. Quædam vero sunt actiones, quæ de se in differenter sunt ad bonum, vel malum, ut lenarestucam de terra, vel aliquid huiusmodi, inter quarum numerum quidam computant habere plures præbendas, dicentes. Ita licitum est habere plures præbendas, sicut habere plura poma. Sed hoc non videtur esse verum, cum hoc, quod est habere plures præbendas, plurimas in se inordinationes contineat, utpote, quia non est possibile aliquem in pluribus ecclesiis deferuire, in quibus est præbendatus, cum præbenda videantur esse ordinata quasi quedam stipendia Deo ibidem ministratum. Sequitur etiam diminutio cultus divini, dum vnus loco plurium instituitur. Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntatum testatorum, qui ad hoc aliqua bona ecclesiis contulerunt, ut certus numerus Deo deferuientium ibi esset. Sequitur etiam inæqualitas, dum vnus pluribus beneficiis abundat, & alius nec vnum habere potest, & multa alia huiusmodi, quæ de facili patent: vnde non potest contineri inter indifferentes actiones, & multo minus inter eas, quæ sunt secundum se bonæ, ut dare elemosinam, & huiusmodi. Sunt vero quædam actiones, quæ absolute considerate deformitatem, vel inordinationem quandam important, quæ tamen aliquibus circumstantiis aduenientibus bene efficiuntur, sicut occidere hominem, vel percutere, in se deformitatem quandam important: sed si addatur, occidere male factorem propter iustitiam, vel percutere delinquentem eam disciplinæ, non erit peccatum, sed iustum. In numero harum actionum vñ esse habere plures præbendas. Quamuis enim aliquas in ordinationes contineat, tamen alia circumstantiæ possunt superuenire, ita honestantes actum, quod prædictæ inordinationes totaliter euacuantur, utputa, si sit necessitas in pluribus ecclesiis eius obsequio, & possit plus seruire ecclesiæ, uel tantum deum absens quam alius præsens, & si qua alia sunt huiusmodi, & tunc istis conditionibus superuenientibus cum recta intentione non erit peccatum etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum ius naturale, quia dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed solum ad posituum. Si vero aliquis hac intentione plura beneficia

habeat, ut sit ditior, ut lautius viuat, & ut facilius ad episcopatum perveniat in aliqua ecclesiis ubi est præbendatus, non tolluntur prædictæ deformitates, sed augentur, quia est tali intentione, & vñ beneficium habere, quod nullam inordinationem importat, esse illicitum, & sic quidem esset dicendum secundum ius naturale, etiam nullo iure positivo superueniente. Nunc autem certum est per antiqua iura hoc esse prohibendum: patet etiam hæc prohibitioni consuetudine esse contrariam, quæ quidam dicunt illa iura esse abrogata. Nam per contrariam consuetudinem iura humana abrogantur. Quidam vero dicunt per hanc consuetudinem antiqua iura non abrogari, eo quod quædam decretalis &c. Multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicio fuerint deducta, iustitia cogent cedarentur, & hæc controversia iuristis est relinquenda, quamvis hoc videatur esse probabile, quod quantum ad hoc quod iura illa antiqua continent, ius naturale abrogari non possit per contrariam consuetudinem, utpote irrationalem. Quantum autem ad hoc quod solum de iure positivo continet, potest esse abrogata, præcipue si similes hanc contrariam consuetudinem, in quorum potestate est ius posituum mutare, intendunt per talium dissimulationem antiqua iura mutare. Si ergo antiqua iura, quæ hoc prohibent, in suo robore manent, contraria consuetudine non obstant, certum est non posse aliquem plures præbendas habere absque dispensatione, etiam illis circumstantiis superuenientibus, quæ secundum considerationem iuris naturalis actum poterant honestare. Si autem antiqua iura sunt per consuetudinem abrogata, tunc prædictis circumstantiis superuenientibus et sine dispensatione licitum est plures præbendas habere, sicut quibus circumstantiis licitum non est, quantumcumque que dispensatio interveniat, eo quod dispensatio humana non auferat ligamen iuris naturalis, sed solum ligamen iuris positivi, quod per hominem lauitur, & per hominem dispensari potest.

Et ex his de facili potest patere responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

Utrum omnes sancti, qui sunt per ecclesiam canonizati, sint in gloria, uel aliqui eorum in inferno.

DEINDE queritur, quantum ad gloriam pertinet, utrum omnes sancti, qui sunt per ecclesiam canonizati, sint in gloria, uel aliqui eorum sint in inferno. & videtur quod aliqui possint esse in inferno de his, qui sunt in ecclesia canonizati. Nullus enim potest esse certus de statu alienius, sicut ipseniet de se, quia quæ sunt hominis nemo nouit, nisi spiritus hominis qui est in ipso, ut dicitur 1. Corint. 2. sed homo non potest esse certus de se ipso, utrum sit in statu salutis. dicitur enim ecclesia 9. Nemo scit, utrum sit dignus odio, uel amoris, ergo multo minus Papa scit, ergo potest in canonizando errare.

Præterea quicumque in iudicando innititur meo fallibili, potest errare: sed ecclesia in canonizando sanctos innititur testimonio humano, cum inquirat per testes de vita, & miraculis, ergo cum testimonio hominum sit fallibile, videtur quod ecclesia in canonizando sanctos possit errare.

SED CONTRA. In ecclesia non potest esse error damnabilis: sed hic esset error damnabilis, si ueneretur tanquam sanctus, qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata eius, crederent hoc esse falsum, & si